Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars prima - Cod. Aug. perg. 22

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXVIII

urn:nbn:de:bsz:31-41594

Visual Library

persecutores · illuminatorem contra errores · infla
matorem contra quempiam ut omnibus valeam
beneplacitum tuum facere · et ab offensa tua ab
stinere amen. De initio publice predicationis

Cum autem ihesus audisset quod ihesu domini
iohannes traditus esset · scilicet in carcerem quod sine
dubio a deo erat in virum sanctum neque
per aliud nisi tradidit eum deus
et agnovisset per intimationem sive famam quod audi
erant pharisei quod plures faceret discipulos
et baptizaret quam iohannes et inde contra eum
invidiam acceperunt maiorem quamquam ihesus non
baptizaret tunc per semetipsum exteriori tinctione
corporum sed discipuli eius quos etiam ipse baptiza
verat primo reliquit iudeam in qua erant pharisei
maledici invidentes augmento baptismi et
doctrine christi qui ad capiendum iohannem consilium
dederant et christum etiam persequi cogitabant propter
baptismum ipsius qui crescebat et propter doctrinam
eius per quam evacuari legem intelligebant et sic
docendi gentiles habebat occasionem et secessit seu
abiit iterum in galileam. Cessit autem ihesus primo
ut exemplum pacientie et mansuetudinis malis cedendi da
ret. secundo ut absentia sua invidiam eorum mi
tigaret donec melioris animi fierent · tercio ut
nobis fugiendi persecutores et prudentie formam
preberet · quarto ut aliis civitatibus predicaret · quinto
quia tempus passionis sue nondum venerat · sexto
ut ubi dei transitum a iudeis ad gentiles pre
figuraret et exemplo hoc discipulos quid quandoque fac
turi erant instrueret. Iste enim transitus eius transi
tum eiusdem ad gentes significabat ad quas eum
transire impellebat. Et ingressus est ihesus in
galileam in virtute spiritus faciendi signa et mi
racula · quia cum esset plenus spiritu sancto tamen
coram pluribus manifestavit virtutem suam in publi
catione verbi doctrine et operatione miraculorum et fama
exiit de eo per universam regionem. Et cepit
eum galilei honorifice propter illa que eum in ierusalem
in die festo fecisse viderant et agnoverant propter
quod et nichodemus crediderat. Et relicta civitate

nazareth ubi fuerat conceptus et nutritus venit
ad predicandum · et habitavit in civitate capharnaum
maritima · quia iuxta mare est sita prope naza
reth in finibus zabulon et neptalym · Et
exinde scilicet de finibus illis cepit ihesus aperte pre
dicare et dicere · Tempus impletum est quod fuit huma
ne redemptionis · et venit plenitudo temporis
quo deus tempus habens penitentiam agite et credite
evangelio quia sine penitentia et fide impossibile est pla
cere deo · Appropinquavit enim regnum celorum quia ia
nua celi aperta est per christum. Unde beda · Regnum enim
celorum ianuis appropinquare est hominibus quoque qui
ab eo discesserant penitentibus · Unde et iohannes · Penitentiam
agit qui vult eterno bono scilicet regno dei adherere
Qui enim desiderat nucleum frangit nucem · amari
tudinem radicis dulcedine pomi compensat · sic ea
maris spes lucri delectat dolorem medicine spes
salutis mitigat. Mistice per hoc quod ihesus antequam
publice predicaret venit in galileam insinuatur
quod predicator evangelii primo debet transmigrare de car
nalibus ad spiritualia et de terrenis ad meditandum
celestia quia galilea transmigratio interpretatur. Et per
hoc quod habitavit in capharnaum que maior et po
pulosior erat ut predicando et miracula facien
do plures illuminaret · relinquit secundum remigium predica
toribus exemplum ut eo tempore et illis locis studeant
predicare quando et ubi multos possint prodesse. Ca
pharnaum et de eo mutatis fines iudee et gentium
exinde quo ihesus predicare cepit · unde vocare iude
os et gentiles significaretur quod utrosque salvare venerat
In galilea enim gentes simul et iudei habitabant
et ideo ibi debuit fundari lapis angularis qui
facit utraque unum · duos in se adunans parietes
gentium et iudeorum. Unde et postea dixerunt sacerdotes
ad pilatum commovit universam iudeam incipiens
a galilea usque huc. Sunt autem due galilee
una iudeorum altera gentium. Divisa est enim
galilea a tempore salomonis qui xx civitates
in galilea dedit hyram regi tyri quas gentes
ibi posuit que postea provincia dicta est gentium et
reliqua iudeorum. Et in fine illo cepit dominus

Et nota q p suo ewangelio ... inceperit ad ic.

prediccie ut iudei 7 gentiles ad predicacione
sua confluent. in quo ondebat quod ad redepcionem
7 gencium 7 iudeorum venat. Vel in sex post
quod baptizatus. ubi innuit in eo plenitudo
gratie p intimat testiom. postquam temptatus ubi
innuitur in eo sanctitudo vite p doctrina temptacio
ni. postquam a iohanne testificatus. ubi innuitur
certitudo ydoneitatis ad prediccandum. postquam ioha
nes traditus. ubi significatur quod deficiente lege
incipit ewangelium. sicut sol sequitur auroram.
cepit ihesus predicare et dicere ewangelium penitenciam
agite non tantum dicite. contra loquentes qui dicunt
7 non faciunt. non tantum in animo proponite contra
differentes. non obmittite contra negligentes
non destruite contra recidivantes. sed agite pe
nitenciam que medicina ad sanandum morbum. que
armatura ad vincendum bellum. que clavis ad re
serandum celum. 7 ideo subditur. Appropinquabit
enim regnum celorum. Sicut enim elongatur per
peccatum. ita appropinquabit per penitenciam. Ideo autem
ordine tradito iohanne incipit predicacio domini. quia
deficiente lege. oritur gracia ewangelii. quod bona
annunciacio solet dici. Lex enim promittebat bona
terrena 7 transitoria. sed ewangelium promittit celestia
7 eterna. Unde theophilus. Vetus namque testamentum
hiis qui servabant illud dierum longitudinem
promittebat. ewangelium vero eternam vitam. Unde 7 cris.
Propter hoc neque predicavit ante iohannem donec iste
traderetur in carcerem. ut non fiat predicacione
multitudo populi scinderetur. ideo neque signum
ullum fecit iohannes. ut eo hoc christo multitudinem tra
deret. vero que ad eum signorum admiracione confluet.
Unde 7 augustinus. Premissus est iohannes velut vox
ante verbum aurora ante solem. preco ante iudicem.
servus ante dominum. amicus ante sponsum. Et quia
universum mundum tenebre 7 nox infidelitatis oppres
serat. et solem iusticie aspicere non valebat.
beatus iohannes quasi lucerna premittitur. ut oculi qui
lippitudine inquinati oppressi magnum et
verum lumen videre non poterant. admissum lu
men prius quasi tenue splendore videre consuesce
rent. ut paulatim peccatorum nubilio recedente

7 infidelitatis digestio humore. vero adveniente
te ab illo celesti lucem lucificam postquam contem
queri possent. hec augustinus. Incipit ergo dominus sicut
iohannes eadem predicans que ille ante dixerat
ut predicacio discipuli 7 magistri consona esset
7 domini predicacionem ac doctrina iohannis appareret
conformari. ac sibiinvicem eorum quod dicitur aliorum ordinem
tur atque confutarent. 7 ut se eiusdem dei filium
auctorem ille prophetica sit esse ondere. Verbum ergo quod in
iohanne organo et in omnibus prophetis clamaverat
predicans regnum dei a penitencia inchoare volebat
non quia remissio peccatorum per baptismum 7 penitenciam con
digna. non potest quis intrare in regnum celorum.
Unde cris. Non enim statim iusticiam predicavit. sed
penitenciam. Genus ergo ausus est dicere. volo bonus
esse. non 7 possum. Prima enim correccio est volu
ntatis. Et si vos mala non terrent ut sic
penitenciam agatis. vel bona delectent. appro
pinquavit enim regnum celorum. id est beatitudo regni ce
lestis. ac si dicat. Parate vos per penitenciam. quia
appropinquavit dies mercedis eterne. hec cris.
Predicavit autem dominus penitenciam appropinquante
regno celorum 7 in fine mundi. ut homines magis
perterreret quanti. Sic enim a principio seculi veris
vocare patres ad penitenciam formidarunt for
te iuvenilis etas mundi. Nunc vero appropinquante
regno celorum ondit regnum mundi agere in
extremis. ideo intro dei quanti. Sic itaque dominus a
baptismo suo usque ad iohannis incarceracionem
predicavit et docuit occulte. 7 in locis privatis.
Sed post eius incarceracionem publice 7 in synago
gis. Sicut enim iohannes erat precursor christi.
ita predicacio iohannis erat prima vero predi
cacionis. 7 ideo vero non predicavit communiter et pu
blice ante iohannis incarceracionem. sed finita eius
predicacione. exhibe nobis tribues eorum humilitatem
stupende. dum filius suo iohanni longe se inferiori
in predicacionis et doctrine officio humiliter dignatus
est deferre. O quid sunt hodie proch dolor re
ligiosi. quod non dico inferiori sed nec pari ymo nec
superiori deferunt. in quo se dei filio preferre
et eum premere contendunt. Ad predicacionem quo

et doctrina requiritur etas perfecta. perfecte autem
etatis est annorum triginta. et ideo conveniens fu-
it ut christus non nisi post tricesimum annum publice predicaret
et doceret. hoc tempus est aptum predicatori ut hic
patet. aptum prelatori ut patet de ioseph qui hac
etate sua est prepositus egypti. aptum regimini
ut patet de david qui triginta annorum erat cum
regnare cepit. hac eciam etate perficiendi essent
episcopi. sed heu hodie preficiuntur pueri ac insufficientes
[illegible] statu et minus ydonei. Fuerunt autem a bap-
tismo christi usque ad mortem eius tres anni et tanto
plus quantum est ab epiphania usque ad pascha. et sic
modico tempore predicavit. Eadem namque die qua bapti-
zatus est revoluto anno conversit aquam in vinum et
in pascha sequenti scilicet tricesimo primo anno incar-
ceratus est iohannes. et in alio pascha sequenti
scilicet tricesimo secundo anno decollatus. et in tercio pascha
scilicet tricesimo tercio anno passus est dominus. et ita vixit
xxxiii annis integris. et de xxxiiii quantum flu-
xit temporis a natali usque ad pascha. quod pro anno
dimidio computari solent. Fuit autem anno xxx pa-
scha iudeorum quinto kalendas aprilis et feria quinta.
sed anno xxxi fuit xvi kalendas may et feria quarta.
anno vero xxxii fuit nonas aprilis et die
dominica. sed anno xxxiii fuit octo kalendas aprilis
et sexta feria. Et potest triplex causa assignari.
quare christus modico tempore voluit predicare. Prima
ad demonstrandum suam virtutem quia scilicet in tam modico
tempore totum mundum immutavit. Secunda ad excitandum
desiderium discipulorum. ut scilicet magis eum desiderarent
quia tam modico tempore corporali presencia habituri erant.
Tercia ad augmentandum discipulorum spiritualem
profectum. cum enim christi humanitas sit nobis via ten-
dendi in deum. nam ipse dixit ego sum via non
debemus in ea ut in termino quiescere sed per eam
in deum tendere. ne ergo corda discipulorum ad christum
carnali affectu ita ut in homine quiescerent corpora-
lem presenciam cito sibi subtraxit. Unde apostolus. Et si
christum secundum carnem novimus scilicet quando corporaliter
nobiscum erat. sed nunc iam non novimus. Unde et
ante passionem suam certam dixit eis. Si ergo
non abiero paraclitus non veniet ad vos. Certa-
ut capaces spiritus fierent expediebat quod carnem
et formam suam ab eis auferret. ne adhuc car-
naliter eum diligerent. Ipse enim dominus ihesus qui mundum
vicit voluit ut discipuli animum totum ad celum trans-
ferrent. quia sic et ipsi facile vincere mundum possent.
Nos quoque similiter si ad primam intimum cor transponimus
et ad principem fidei nostre inspicientes viam eius sequi
volumus facilius adversa et prospera mundi contempnere
et ipsum mundum vincere poterimus. Oratio
Domine ihesu christe qui me miserie compaciens
et tamquam verus medicus medicinam curativam
nobis dare voles. a prima predicatione incepisti et
nobis precibus dum temporis heremus eam facere precepisti.
Da michi misero peccatori spacium et confessionem penitendi.
qui tam diu per quod tibi laus misericordie pepercisti
delinquenti ut per penitenciam appropinquet et inferatur in
regnum celorum quod elongatur et clauditur per penam
per veram penitudinem et lacrimarum compunctionem tale
me esse concede in mortis articulo quale me esse
per aquam regeneracionis perfecisti in baptismate la-
vacro ut aptus esse merear celorum regno amen.

De secunda et tercia vocatione discipulorum xxx
Capitulum

Postquam igitur dominus ihesus reversus de iudea in gali-
lea multa predicasset et fecisset pro-
pter que fama clara de ipso exivit. ita ut turbe
cum pressura et impetu irruerent et impingerent in eum
pre nimia devocione et desiderio audiendi verbum dei.
Quadam die cum esset secus stagnum genesareth
quod et mare galilee vel et tyberiadis dicitur et ibi
stare pre pressura non posset. vidit duas naves
secus stagnum stantes. quarum una erat symonis
et eciam andree fratris sui. Altera vero iacobi et iohannis.
Piscatores autem descenderunt ad terram et lavabant
recia sua amoventes immundicias ut pararent
ea quia nullos pisces ceperant nocte illa. Ascen-
dens autem in unam navem que erat symonis ut
populum de navi quiescens doceret. rogavit eum
a terra reducere navem pusillum et paululum ita
ut non minus a terra distaret quia ita volebat